



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Inquisitores, in virtute obedientia, & sub pena excommunicationis, tenentur statim ipsi inquisitori. Abus, & sociis eius, liberaliter prouidere de seculo conductu de loco ad locum.

Hoc rescriptum singulare continet priuilegium, & valde necessarium, conuenit cum sequenti, sed ambo fuerunt imprimenda, quia hoc ecclesiasticis personis, illud secularibus mittitur, & in sequenti praeferatnam excommunicationis, additur etiam pena pecunaria aduersus non adimplentes quod praecipitum.

Edita anno D^o
mini 1260.



LEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Prepositis, Plebanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis : & clericis religiosis, & secularibus, tam exemptis quam non exemptis, per Provinciam Romanam, quæ continet Urbum cum suo districtu, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua dieces. Campaniam, & Maritimam constitutis, ad quos litteræ ista peruenient, Salutem &

Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Centus S. Fra
ncisci de Assisi.

AD extirpandam de partibus vestris hereticam prauitatem totis affectibus intendentibus, inquisitionem faciendam in illis partibus contra respersos huiusmodi prauitatem, dilecto filio fratri Andreae de ordine Minorum, duximus committendum. Ut igitur idem frater vestro fultus praesidio, in commissione negotio inquisitionis, Deo proprio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente, in virtute obedientia, ac sub pena excommunicationis per Apostolica vobis scripta praepiciendo mandantes, quatenus vos vniuersi, & singuli, dilecto fratri Andreae, & sociis eius, de seculo conductu, quotiescumque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum prouidere curatis: Preces nostras, & præceptum taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod sitis orthodoxæ fidei zelatores, Nosque devotionem vestram, possimus exinde merito commendare. Datum Anagniæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri Anno Sexto.

I D E M .

Nobiles, Barones, & ceteri secularis magistratus, & eorum officiales, & communites ciuitatum per Inquisitores requisiti, sub pena excommunicationis, & mille Marcharum argenti, tenentur liberaliter, & sine dilatione prouidere Inquisitoribus, & eorum focus de seculo conductu de loco ad locum.

In quo conueniat cum superiori, & discrepet ab eo, supra dixi, singulare est priuilegium: conuenient lex Frederici Imperatoris, Commissi, & ad hanc quæ est in hoc bullario.

Edita anno D^o
mini 1260.



LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris, Baronibus, Castellaris, Potestatis, Capitancis, Rectoribus, Antianis, Prioribus, & eorum officialibus, necnon communibatibus, ciuitatum, Castrorum, & locorum Provincia Roma- nae, quæ continet: Urbum cum suo districtu, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua dieces. Campaniam, & Maritimam, ad quos litteræ illæ peruenient, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Centus S. Fra
ncisci de Assisi.

AD extirpandam de partibus vestris hereticam prauitatem totis affectibus intendentibus, inquisitionem faciendam in illis partibus contra respersos huiusmodi prauitatem, dilecto filio fratri Andreae de ordine Minorum, duximus committendum. Ut igitur idem frater vestro fultus praesidio, in commissione negotio inquisitionis, Deo proprio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente, sub pena excommunicationis, ac mille Marcharum argenti, per Apostolica vobis scripta praepiciendo mandantes, quatenus vos vniuersi, & singuli, dilecto fratri Andreae, & sociis eius, de seculo conductu quotiescumque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum prouidere curatis: Preces nostras, & præceptum taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod sitis orthodoxæ fidei zelatores, Nosque devotionem vestram, possimus exinde merito commendare. Dat. Anagniæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

I D E M .

Prælati ecclesiistarum, Capitulis, & Conuentibus, ceteris, personis ecclesiasticis, & secularibus quam regularibus in virtute obedientia præcipit, ut inquisitoribus, eorumq[ue] collegis opportuni favoris praesidio assistant, eisq[ue] exhibeant per se, per consanguineos, subditos, & deudos suos, consilium, & auxilium contra hereticos, credentes, complices, fautores, defensores, & tenuis ipsorum quoties per Inquisitores fuerint requisiti.

Quo tempore hoc rescriptum est editum, quidam Capellus de Chia homo potes, heretica prauitate infectus acriter inquisitori resistebat, nec poterat facile capi, quoniam intra terras ditionis sue se continebat, Alexander Papa, ut rebellis homo caperetur, eodem fere tempore ad multas communites ciuitatum sub eodem tenore verborum scriptis, ut auxilium præstarent inquisitori contra hereticos, in primis autem contra Capellum de Chia, & complices suos, vidimus nos sex rescripta eisdem verbis concepta,

data

Officio Sanctissimae Inquisitionis.

37

A data eodem mense. videlicet Kalen. Aprilis, & ij. iiij. & iiiij. Kalen. Aprilis. Ex omnibus hæc solum duo imprimere vñsum est. hic spectant etiam sequentia illa rescripta. Licet vniuersi mundi. & Ex insinuacione, ex quibus haec lumen accipiunt.

A LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus vniuersis Episcopis, ac dilectis filijs . . Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Prepositis, Capitulis, & Conuentibus, ceterisq; personis Ecclesiasticis secularibus, & regularibus, per Romanam Provinciam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archivio co
tientus S. Frâ
ncisci de Alifico.

DVM ad studium solitudinis, & diligentia, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hereticae prauitatis in administratione B. Francisci, in negotio fidei, cuius executionem in terris eiusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dignoscitur, aciem mentis nostra conuertimus; dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei ex suis laboribus reportauit, sollicita meditatione revoluimus, vitare non possumus, quin ipsum, ut pote virum in talibus iam experimen-to probatum, in similium commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quod ea quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter sua circumspectionis industria dirigantur; de sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorum, huiusmodi fidei negocium sibi, & quibusdam alijs fratribus suis ordinis, in Romana Provincia, in qua vtrique vrbs, patrimonium Beati Petri in Tuscia, Sabinia, ciuitas, & dioces. Reatin, Roman, Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter, & plenarie duximus committendum. Ideoque vniuersitati vestra per Apostolica scripta in virtute obediencia, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusque collegis, opportuni fauoris praesidio affilentes, omne quodcumque potestis, studeatis eis, per vos, consanguineos, subditos, & deuotos vestros, consilium & auxilium exhibere contra hereticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores, & terras eorum: & specialiter contra Capellum de Chia, vxorem, & filios, ac terram ipsius quoties ab eodem fratre Andra, eiusuè collegis, super hoc fueritis requisiti, ita quod ex hoc evidenter appareat, q; estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, dictæq; sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagnia, ij. Kal. Aprilis. Pontificatus nostri anno sexto.

I D E M.

Magistratus seculares sub pena excommunicationis, cum requisiti fuerint per Inquisidores, tenentur eis affilere opportuni fauoris praesidio, & exhibere eis consilium, & auxilium, exercitum contrahæ-ticos, & ceteros in fide suspectos congregando, ad depopulationem, & exterminium terrarum ipsorum hostiliter procedendo.

A LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . Potestati . . Capitaneo, Consilio & Commun. Tuscanen. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archivio co
tientus S. Frâ
ncisci de Alifico.

DVM ad studium solitudinis, & diligentia, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hereticae prauitatis, in administratione Beati Francisci, in negotio fidei, cuius executionem in terris eiusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dignoscitur, aciem mentis nostra conuertimus: dum salutis fructum, quem eiusdem religio, fidei, ex suis laboribus reportauit, sollicita meditatione pensamus, vitare non possumus, quin ipsum vtpote viru in talibus iam experimen-to probatum, in similium commissione grauemus, firma credulitate tenetes, quod ea quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter sua circumspectionis industria dirigantur. De sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorum, huiusmodi fidei negocium sibi, & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana Provincia, in qua vtrique vrbs, patrimonium B. Petri in Tuscia, Sabinia, ciuitas, & dioces. Reatin, Romania, Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter & plenarie duximus committendum. Ideoque vniuersitati vestra per Apostolica scripta sub debito fidelitatis, quo Ecclesia Romana tenemini, & excommunicationis pena districte præcipiendo mandamus, in remissione vobis peccaminum nihilo minus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusq; collegis opportuni fauoris praesidio affilentes, omne quodcumque potestis, studeatis eis consilium, & auxilium exhibere. exercitum contra hereticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores eorum, & specialiter contra Capellum de Chia, vxorem, & filios, ac terras ipsorum, quoties à dilecto filio Magistro Rayniero de Viterbio Capellano nostro, rectore patrimonij Beati Petri in Tuscia, cui super hoc efficaciter scribimus, vel ab eodem fratre Andra, eiusuè collegis requisiti super hoc fueritis, congregando, & ad depopulationem, & exterminium terrarum huiusmodi, hostiliter procedendo, ita quod ex hoc evidenter appareat, quod estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, dictæque sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagnia, ij. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

Bv. de Cur.

C 3 IDEM

Facit Concilii
Bitterense c. 32.